



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XVIII. Pactum diuisionis inter fratres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XVIII. PACTVM DIVISIONIS  
inter fratres.

**P**Actum diuisionis inter fratres, qui sunt ille & ille, heredes illius & illius quondam, qualiter se de alode eorum diuidere vel exequare deberent, quod ita & fecerunt. Per quem accepit vir magnificus ille mansum illum, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est ipse mansus circumcinctus cum arboribus & casticiis, superpositis, terris arabilibus, & cætera. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus suum, alium mansum, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, in Cetena illa, hoc est quod superius diximus mansum circumcinctum cum arboribus & casticia superposita, terris, arabilibus, & cætera, vel quicquid pars contra partem suam per æqualentiam inter se

diuiserunt, absque vlla repetitione,  
vel reclamatione, hoc habeant, te-  
neant, possideant, vel quicquid ex  
inde facere voluerint, libera in om-  
nibus Christo propitio in sua per-  
maneat potestate ad faciendum. Et  
si quis vero.

XIX. *V E N D I T I O A D*  
*monasterium.*

**V**enerabili in Christo patri illi,  
Abati de monasterio qui vo-  
catur sancti illius, quod est in pago  
illo, super fluuium illum constru-  
ctum, emptori, Ego in Dei nomine  
ille venditor. Constat me non ima-  
ginario iure, nec nullo cogentis im-  
perio, sed proprio voluntatis meae  
arbitrio, vobis vel ad monasterium  
vestrum vendere, quod ita & vendi-  
di vobis à die praesente, rem pro  
portione mea, in loco nuncupante  
illo, quod est infra pagum illum,

Cc ij